



Universitätsbibliothek Paderborn

**SELECTA=||RVM DECLAMATIONVM || Philippi Melanthonis,
quas con=||scripsit, & partim ipse in schola
Vui=||tebergensi recitavit, partim alijs recitandas
exhibuit.|| TOMVS ... ||**

Melanchthon, Philipp

1559

VD16 M 3567

Oratio de doctrina Physica, quæ non solùm cognitionis seu oblationis
causa, sed ut seruiat multis uitæ partibus traditur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34734

gelos, et cœtum piorum in luctum ac dolorē. Nō dico hic de premijs, decet enim nos uirtute[m] moueri, debent apud nos ualere ecclesia charitas, et ratio officij, quod Deo debetur. Sed tamē nō futura sunt etiā premia rectē discētib[us]: Deus enim inquit: Glorificantes me glorificabo. Et p[ro]mus Christiani, hac spe officij nostrū facere debemus, ut sentiamus nos Deo curæ esse, ne egerimus nos et liberi nostri. Imō scitote nostra causā, tyrannorū, non eorum qui pia studia oderūt, hanc totam rerū naturam à Deo cōseruari, solē oriri, efficere temporum uicissitudines, ut agri fructu cundi. Rectē hoc Stoici, Omnia esse Dei: Philosophos autem esse amicos Dei: Quare omnia etiam sunt Philosophorum. Itaq[ue] ingenti animo hanc studia literarum et defendamus, et in hac statione cœuinitus collocatos nos esse iudicemus, eamq[ue] causam et maiore cura faciamus officium, et nostri laboris premia à Deo expectemus. Dixi.

ORATIO DE PHYSICA HABITATA
VUITENBERGÆ.



PAX optima rerum,
Quas homini nouisse dicitur
est.

Pax una triumphis.
Innumera

innumeris potior, inquit Poëta, maximè uerò in
 ter ciues. Hanc igitur à deo perpetuam petamus,
 propter Ecclesias alioqui satis malè adfectas, &
 ad has quantulascunq; reliquias literarum reti-
 nendas, ac nunc Deo patri liberatoris nostri Iesu
 Christi gratias agamus, quod tumultum *ταυτινόν*
 in uicinia ortū sedauit, de quo eò dico pauciora,
 quia nunc optandum esset *αμυσιαν* totius rei æ-
 ternam esse. Sed moniti hoc periculo, nos quidem
 Deum maiore pietate & diligentia colamus, ut
 mereat Ecclesijs, et his studijs quæ necessaria sunt
 generi humano. Id facilius impetramus, si nō ab-
 temur ocio ad luxum, et obscænas uoluptates, sed
 finem prospiciemus, propter quem Deus pacem *Παcis εὐμοδα*
 politijs concedit, ut educari, ac erudiri iuuentus,
 & regi disciplina possit, & maiorem adsiduita-
 tem in hac nostra togata militia præstabimus. Vt
 igitur hoc loco & in his congressibus, ad cohör-
 tandos uos aliàs de alijs seu artibus, seu uirtuti-
 bus dici solet, ita & ego orationem hoc tempore,
 de Doctrina Physica habiturus sum. Hæc et ini-
 tia prima sumit à Mathematicis, & passim ab illis
 demonstrationes mutuatur. Ideo de Mathematicis
 et sæpe aliàs, et nuper dixi. Fortassis autem ut mi-
 lites, nō tam uerbis, quàm sua natura, suo dolore,
 & cause magnitudine accendantur, sicut apud
 Z ij Salustium

Salustium dicitur. Verba uirtutem non adderunt. Ita hæ nostræ cōiuncule ad incitandos animos, non ita multum momenti adferunt. Sed tamobrem ingenijs prodesse eas arbitror, ad iudicandum de artibus, ostendunt fines, docent quo quæpius dirigenda sit in discendo, quæ materia maxime eligenda sint. Hæ ipsæ admonitiones tam

Excitari bona ingenia, ut milites oratione actuba,

ad excitandum studium etiam conducunt. Non minor morem Ducum prorsus inutilem esse, non solum oratione, sed etiam tuba milites sciant. Habetis in hac Academia Dei beneficentia eruditissimos Lectores, qui Physicæ explorant, qui et rerum bonitate inuitare generosa ingenia, & sua oratione cōmouere studia solent: Hæc & iudicij & autoritate accendi non dubito. Cùm autem iam de Collegij sententia habenda sit oratio, de eodem argumento dicendum esse duxi, ut omnium sententiarum de hoc ipso doctrinæ genere congruere intelligatis. Notus est Virgilij uersus, in quo dicitur:

Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
si autem humana natura imbecilla est, nec omnes seu morbi, seu fatales casus prudentia diligentia possunt, tamen non existimemus, quod tot artibus uitam instructam esse, quæ quidem uinitus humano generi monstratæ sunt.

Inter

Interdum ars nautica uincitur tempestatibus:
 Nec tamen ideo frustra ostensa est ars fabricandi
 naues, ac remigandi. Interdum segetes uel æstu in-
 tempestiuo intereunt, uel imbribus strāgulantur:
 Nec tamen ideo agricultura deserenda est. Eo-
 dem modo de cæteris artibus omnibus dici potest.
 Sæpe opitulatur uitæ Medicina, ac depellit pe-
 ssimos morbos, tametsi interdū doctæ plus ualeat
 arte malum. Est autē inchoatio Medicinæ hæc, do-
 ctina Physica, quæ adolescentibus propter mul-
 ta utilitates tradi solet, et de qua iā dicturus sum.

Doctrina Medicorum ampliſsimam eruditio-
 nem et salutarem uitæ humanæ complectitur. Sed,
 non omnes exercere eandem artem possunt, ut
 Aristoteles dixit, Ex Agricola et Medico constat
 ciuitas, Pluribus artibus Reipub. opus est. Tra-
 duntur ergo hæc initia Physices, non solum co-
 gnitionis, seu oblectationis causa, sed ut seruiant
 multis uitæ partibus. Etiam si non omnes exer-
 cent medendi artem, tamen omnibus, non barba-
 rico more uiuentibus, opus est quadam communi
 doctrina, de corporum seminibus, quæ uocamus
 Elementa, de temperamentis, de membrorum &
 organorum in homine functionibus & natura, de
 causis morborum, addam amplius, de motibus cœ-
 li, et uarijs effectibus, qui motus comitantur. Hæc

Z ij memini

I.
 Physica Medi-
 cinæ pars est.

memini fuisse doctrinā etiā matrum familiā, quā
ad ualitudinē tuendā, et ad educationē necessariā
est. Domestica quadā scientia tuendae ualitudinis
& regendi uictus omnibus opus est. Et literis
debet nosse fontes harū disputationū, qui etiam
uidētur exigui, tamē monere studiosos multa
sunt. Nō erat professione Medicus Varro, Scilicet
men ratione et diligētia in prouincia, quae erat
festa lue pestilenti, ita seruauit se et comitatus
sit obstrui omnes fenestras, praeter Arcticas, quae
spirāt rigidiores uenti. Cōsiliū id ex puerilibus
praecipuis, quae in Physica de uentorum dispo-
sitione tradūtur, sumptum erat, ut omnes intelligerent

Varro à peste
se suosq; ser-
uauit.

Antonius Im-
perator uentri-
culo medetur.

Narrat Galenus Antonium imperatorem
pellere cruditates uentriculi solitum, inedia
diei, & haurientem cyathum uini, cui aliquo-
tum piperis inspersit. Domestica sunt haec, sed
recte utamur sine Physices cognitione, fieri
potest. Nam Antonino cause querēda erant
rebus penē inflammantibus uteretur. Animabatur
igitur ex uentriculi frigore sibi cruditates
ori. Quam multos possem recitare Duces ueteres
& recentes, qui etsi Medicinam non exercebant
tamen hac Philosophia, & suā, & aliorum
consulebant. Alexandri fuit eximium in hoc
re studium, qui sciebat, & Achillem à Chirono
Medico

Alexander stu-
diosus Medici
est.

Medicinam didicissent apud Homerum legimus. Nec ego nunc de integra Medicorum arte loquor, de hac communi & œconomica doctrina dissero, qua carere non possumus, si non prorsus belluino more uiuere uolumus.

Addam & exempla Ecclesiæ. Hæc ipsa doctrina Physica propria fuit Nohe, Abrahæ, Prophetarum & Apostolorum. Nam ut autoritate aliqua eminent inter ceteros homines, & beneficijs obligare multos possent, artem eos Medicam ad professionem euangelij deus adiungere uoluit, & manus eorum in curando rexit. Nec existimate indecorum uobis esse, tantorum uirorum imitari studia, qui etsi sustinebant alia munera difficilia, tamen humani corporis opificium & temperamenta, ac morborum remedia inquirebant, alius fortasse alio studiosius: Sed tamen hanc communem Physicam omnes callebant, quæ sine literis non discitur. Sit igitur hæc prima utilitas, quod quædam Medicinæ particula est. Sed sunt & aliæ multæ causæ, cur adolescentibus Physica traduntur. Manat inde pars magna disputationum Ethicarum, quia causæ uirtutum in natura hominis querendæ sunt. Itaq; et in negocijs ciuilibus sepe aliquid ex Physica doctrina decerpitur. Et Plato inquit: Pericles ideo antecelluisse excellens.

Exempla Ecclesiæ.

II.

Physica, pars Ethices.

Pericles quare excellens.

Z iiij ceteris

ceteris Oratoribus, quod Anaxagoram Physicū
 studiose audierat. Quid quod erudita Physica vi-
 am confirmat honestas sententias de Deo, & de
 providentia. Nam ex doctrina de causis ratio-
 namur esse eternam mentem, unam, immensa po-
 tentiæ, sapientem ac optimam, et ut Plato inquit,
 boni causam in natura. Nec nihil prodest ad disci-
 plinam, imbecilles ac languentes animos his argu-
 mentis confirmare. Non raro ipse mecum omnes
 Physicorum rationes, de deo colligo, ut falsarum
 opinionum præstigias, quas Epicurei aut Academi-
 mici oculis hominum offundunt, refutare clarior
 possim. Discimus ex Physicis non posse intelligi
 tem naturam oriri à bruto, aut casu nasci. Mentis
 humana est, intelligens natura, & quidem immen-
 tabile discrimen honestorum & turpium, nascens
 secum adfert. Necesse est igitur à mente aliqua
 præstantiore ac eterna ortam esse. Quis autem
 non uidet aliū argumentorum cogitationem ad
 modum utilem esse? Sed assentior regendas esse
 cogitationes uoce cœlesti, in qua Deus magis perspi-
 cue, & naturam suam & uoluntatem patefecit.

I II.
 Physica Eccle-
 siæ utilis.

Venio igitur ad Ecclesiæ doctrinam. Esi sciō
 lim Manicheos & plerosq; alios fascinosos deli-
 rios fanaticis, mouisse ingentes tumultus in Eccle-
 sia, malè contextis Physicorum sententijs, tamen
 mihi

nihil dubium est, Ecclesie erudita & sincera Physica opus esse. Si qui ineptè tumultuati sunt, hominum furor execrandus est, non ars uituperanda, quam illi ipsi flagitiose deprauabant. Et facilius refutari possunt, prolatis ueris demonstrationibus. Exempla etiam ostendunt, non potuisse inter pretes ueteres carere Physicis. Ideo enim Nisemus, de hominis partibus, longum commentarium adidit. Et quàm multa sunt in alijs Physiologia, cum differunt de partibus, & officijs animæ. Quoties in grauissimis controuersijs Theologicis, dicendum est de causis, quarum uarietas tantum in Physicis eruditè traditur.

Quantum refert tenere discrimen partium animæ, cum tanta sit inter eas discordia, mens retinet legem Dei impressam, mōstrat beneficia Dei, docet impendere pœnas contumaciæ. Sed altera pars animæ, quæ uocatur Appetens, cuius sedes est in corde, nec beneficijs mouetur, ut constanter amet Deum, nec perhorrescit commones facta horrendis exemplis omnium ætatum, ut metuat Deum iratum ac uindicem. Quoties dicendum est de affectuum fontibus & sedibus: Et eruditè discerni oportet *σοφῶς* à uitiosis motibus. Hæc nūquam dextrè explicabit is, qui non adsuefactus est ad Physicam doctrinam, quæ in scholis traditur. Vi

Z V demus

Quæstio de
fato.

demus interdum etiam ueteres scriptores non ple-
beios herere in his materijs, tanquam in luto, pro-
pter inscitiam physices. Quoties in Ecclesia con-
trouersia mota est de fato. Hic quid dicit imperi-
tus Physices, quomodo labefactabit Stoicorum
aut Peripateticorum sententias, quas ignorat.
Nec tantum in his materijs, de quibus dixi usus est
Physices, passim in explicatione celestis doctrinæ
incurritur in Physicos locos, ubi magnum ad-
miniculum est interpreti cognitio horum elemen-
torum, ut Architecto, aut sculptori, mediocri pro-
gredi facultas. Ingens est ornamentum ecclesie,
eruditio, quæ complectitur non tantum uerborum
cognitionem, sed etiam quandam rerum uarietatem.
Nam nec formari iudicium potest, sine quorundam
rerum multarum consideratione & collatione, nec oratio
neruos habet aut uim, nisi ex bonis rebus oriatur.
Est enim notus uersiculus:
Scribendi recte, sapere, est et principium et finis.
Est igitur & Physica doctrina complectenda, si uolumus
ecclesiam non esse ineruditam. Eaque in re multa
nobis prouidenda sunt. Indocti quia ingenia non
cohercet certis metis doctrinarum, facilius decurrunt
a uia, et difficilius sanari possunt, quia nec norunt,
nec obseruant leges, quas in docendo sequi tanquam
normam necesse est, deinde Hypotheses ueras non tenent,

nent. Hæc incōmoda, si uitare uolumus, profecto
 excoli, et expoliri ingenia uera eruditione ualde
 opus est. Quales furores sint Anabaptistarū, sci-
 tis, quos quidē manifestum est tantum ab illitera-
 tis ortos et propagatos esse. Si igitur lumen eru-
 ditionis in ecclesia extinctum fuerit, deliria exo-
 ridentur uaria, ut antea accidit. At principes fo-
 uere studia literarum oportuit: Sed cum paucos
 ea cura tāgat, nos eò uehementius annitamur, ut
 hoc ecclesiæ decus, quantum possumus, tueamur.
 Hæc propria est ordinis nostri militia, quā quidē
 et adiuuabit Deus, et ornabit præmijs, etiamsi ne-
 gligimur à Centauris, et aspera multa ferenda e-
 runt. Sed scitis hoc uirtutis munus esse, recta fa-
 cere, prodesse cæteris, etiamsi uulgus sit ingrātū.
 Sic cōfirmatos esse oportet maxime nos in eccle-
 sia, ubi acriora & seuiora sunt odia, aduersus be-
 ne merētes, Quæ gratia Esaiæ, Ieremiæ relata est
 pro summis et diuinis beneficijs? Horū nos exem-
 plis excitemus, ad salutarem doctrinā conseruan-
 dā postritati, ac statuamus Deum suo agmini nō
 desuturum esse, nec permissurum, ut funditus dele-
 atur cœlestis doctrina. Hac spe nos in his erūnt,
 quæ nostram militiam cominantur, susten-
 temus atq; erigamus.

Dixi.

Ora

Eruditio in Ec-
clesia requiri-
tur.